

- Personalschriften -
 = 54 Nummern, 1628.-1642. J. =

51. Albinus, M. Luv.	44. Heinrich, Sam.	35. Pucklirsch, Jos.
32. 33. 34. } Baldwin, Friedr.	46. Holtzmüller, Joh.	41. Quellmaltz, Luv.
42. Bamberg, Luv. d. J.	29. Horlemann, Andr.	8. Röber, Sabina
26. 27. } Barthmann, Joh.	49. Hülsemann, Johann	45. Schindler-Berg
4. 5. } Biener, Christ.	50. Hlchner, Paul	43. Sperling, Paul
40. Braun, Valmt	7. Johann Georg, Kerfützt	18. Ströer, Matth.
20. Coler, Johann	21. Kirsten, Mart	1. Treutzsch, Chris u. a.
22. Cramer, Theod.	17. Liborius, Joham	11. Ull, Johannes
24. Crusius, A.	16. Macht, Michael	12. ders.
48. Ehrenhold	3. Neefe, Joh. Cusp	25. Wagner, Gotth.
23. Emmerling, Sam.	13. Nigrinus, Wilt	6. Weber, Paul
52. 53. } Ferdinand III	14. ders.	31. Wächinger, Joh.
10. Gärtner, Paul	15. ders.	39. Weiskopff, Joh.
47. Gotterrichtungen epliche nach Ovidischer Art	36. Plattner, Georg	9. Weller, Jakob
2. Graul, Daniel	37. Polonius, Raph	19. ders.
28. Graul, Daniel	38. ders.	30. ders.

PALMA PARNASSIA

QVAM
sub

RECTORE MAGNIFICO

VIRO

Praclarissimo, Excellentissimo & Experientissimo

DN. DANIELE SENNERTO,

Vratisl: Phil: & Medicinæ Doctore & Profess: Publ.

Facult. Seniore & Serenissimi Electoris Saxoniae

Medico &c. Celeberrimo.

DECANO SPECTABILI

VIRO

Clarissimo & Excellentissimo

DN. M. AUGUSTO BUCHNERO,

Poët. Professore Publico &c.

PRÆSTANTIS: ET LITERATISSIMUS

Dnus.

PAULUS ILSCHNERUS

Misnensis S. S. Theol. Studiosus,

In Almâ Leucorea summa laude
reportavit.

Congratulantibus

Fautoribus & Amicis.

WITTEBERGÆ,

Typis hæredum CHRISTIANI THAM.

Anno clj Is CXXX.

INSTITUTUM

PAULUS USCHNERUS

PAULUS USCHNERUS

PAULUS USCHNERUS

PAULUS USCHNERUS



MEO ILSCHNERO

Sympatriote suavissimo,



Non labor iste labor, quem laurea digna,
coronat

Quem comitatur honos præmia quem-
que manent.

Non te pœniteat, *Paule*, impendisse labores,
Perdus & pernox invigilasse libris.

Sic tua mens omni *Sophiæ* munita paratu
Nec *Virtutis* inops nec rudis inde redit

Hinc ornat digitos aurum, tua tempora laurus,
Hinc datur in cathedrâ, non sine laude, locus

Hic, *Ilchnere*, tuo titulus nunc cedat honori,
Dilectæ patriæ commoda multa ferat!

Gratulab. apprecatur

M. Johan Schwalbe
Misenensis.

Facult. Philos. Adjunctus.

ILSCHNERE, doctum pectus & Muse decus,
Dudum parato, quod potiris, premio, &
Docti Magistri nunc vocaris nomine,
Hoc esse felix & beatum cœlicus
Rex velit, & fausto secundet sydere!

Amico suo dilecto volebat ὀλοκαρδίως

το ἑαυτοκαρδίως

M. Johann: Botfaccus.

A 2

Suo

Suo
Paulo Hschnero suavis Philosophia hono-
ribus condecorando.

Ε"λλαχεν εδὲ πόνος τις άνευ πολυφειγγέα τιμῆς
εδ' άνος τις άνευ πολλ' εμόγησε πόιον.
πάμπαν τῆ τιμῆ κάματοι προσβέθηκαν άτερπείς
καί κάματις έπειτα κυδιάνειρα άγη,
ώς νόμος άθανάτοιο, Δραμπερές εζετι πατρώνι
πωλείται πολλών άγλαά δωρα μόνων.
τ'ενεκεν ω καυλ' ω δ'άκλυτ' όπι είλες άποινα,
δει σε πόνον σιωχῆ νωλεμέως' έχέμεν.
χαίρωμαι εν Φρεσίν, ότι πολυ προσβέθηκας έταίρων
Άλλων παιδεία, καί Φρεσι καί άρετή.

Aliud.

Sunt, nec sunt, titulo qui gaudent, sepè magistri.
Arte petunt illi dona, sed hi precio.
Ut oculis animum; sic Illos novimus hisce
Præferri indignis jure magisterio.
Funibus adest pereat, coëmit qui munera nummo,
Hschnero grator munera qui arte petit.

ΦιλοΦιλίας ένεκεν
εξεδίασε

M. Jacobus Weller

ILschnerus noster præstanti corpore Nympham,
Hactenus ardenti SOPHIAM complexus amore est,
Quam modò Mysta sacer, nostri Præsesq; Lycei
Connubio junxit stabili, propriamq; dicavit.
Ergò tuos thalamos Sapiens Prudensq; SOPHIA
Intrat, & ingenii largis te dotibus auget.

Gratulor,

Gratulor, atq; tuis constans precor optima tadis:
Det Deus, ut SOPHIA hac tibi plurima commoda porro
Caeribet, Parisiæ at profis, Joveq; tibi q;

Commentali suo travissimo
Raptim deproperabat.

M. Johannes Poltzius
Thermis-Carolinis
Bohemus

Non ego divitias, non robor a laudo, nec artus,
Talia cum parvo tempore cuncta cadant.
Quin potius laudo, qui præter cætera mentem
Exornant unâ semper in arte suam.
Qui vel sacrarum discunt mysteria rerum,
Et querunt nostra dulce salutis iter:
Vel sacras leges, & sacra volumina Juris,
Constituunt animo non dubitante sequi:
Vel se divinis Medicina fontibus aptant,
Corporibus discunt ferre salutis opem:
Vel modo cum primâ per tempus matre morantur,
In celsa sopies curâ latere domo.
Hoc manet, illa cadunt, ars nescia sola caduca
Sortis, & à Domino non fugit illa suo.
IL SCHNERO Sophia sacros lustrare recessus,
Dogmaq; Aristotelis discere cura fuit.
Ergò nunc merito cumulat honoribus istis,
Ornatos doctos, queis decet esse viros.
Det Deus, ut ferti, quo condecoratur, odore
Lustretur patrium tempus in omne solum.

M. Johannes Ule.
Tristia

TRistia misceri lætis, misceri nubila Phoebo
Hoc fas, sic præsens ludit & ipsa dies.
Hoc, Jilschnere tuo proprio firmare laboras
Exemplo, temet dum capitalma quies,
Tentantem ad Clarias undas sudasse labore,
Siccaque Pieriis labra rigasse vadis.
Hoc precor ex animo toto, requiete fruâre
Felix. Sic totum Nestora vive diu.

Joachimus Specht.
Glogâ-Sil.

PRæmia non desunt! Decorantur honoribus amplis,
Artibus ingenium qui coluere suum.
Præmia PAULÆ capis Tu, igiturq; bearis honore
Sat merito, de quo gratulor ipse Tibi.

Gratulabundus ita Commensali
suo adplaudebit

Henricus à Faust
cognom: Sturm Eq. Silesi.

I.

AD exemplum Odæ 5. Horat. lib. 1. Carm.
Quis multa gracilis te puer in rosa &c.

Qui

Qui docta juveniste puer in scholâ.
Perfusus licitis quærit amoribus
Primo, Pallas, ab ævo ;

Huic pulcris decoras comam
Fautrix munditiis: at quoties famem
Arentemq; sitim flevit, & aspera
Nigræ spicula sortis
Expertus fuit indigens,

Qui sic te fruitur faustus amasiâ
Qui semper placidam, semper amabilem
Sentit, nescius ignis
Lascivi. Miseri, quibus

Non sic Diva places. Te mitra crinibus
Impertita tuis indicat hanc quoque
Quæsisse potentem,
O mi PAULE, prius Deam.

II.

Ὅνεκα σῆσιν ἐξ Ὁ. Μυσῶν Φρεσὶ, ΠΑΥΛΕ, μεμῆλεν
Τὸνεκα σὸν Μύσους αὐτε μεμῆλε κλέσ.

Ita συνεκρέτησε

Johannes Knôrringer,
Cadâ-Bohemus.

Afsidua

Assiduâ tractare manu perdoctas Palladis artes,
Virtutisq; alacri carpere fronte viam
Quid tandem lucriferat, hoc presentia monstrant
Præmia, que confert turba novena Deum.
O felix Jlschnere! cui pro mole laborum
Traduntur digno digna brabei gravi.
Comprecor, ut clarum reddas in secula nomen,
Et populo Christi commoda mille feras.

Gratulabatur ex animo

Johannes Lutterloh Lung-
burgâ-Saxo.

PRæclaras quisquis vigilante labore Camœnas
Excolit, is studiis præmia digna refert.
Hæc quòd vera sient: rerum experientia testis:
Namq; tuum lauro cingitur, ecce, caput.
Hanc merito gestas, præstans ILSCHNERE Magister,
Quam tibi Musarum sudor, amorq; parant.
Temporis hanc poterit nunquam mutare vetustas;
Laudes semper erunt, gloria semper erit,
Ergò præsentis maesto virtute Magistro
Gratari titulos candor, amorq; jubet.
Laurea sit felix, & floreat, opto, corona
Pulchra Magisterii, crescat & inde decus.

Andreas Walterus
Friburgensis Misn.

Multos multa juvant. Agris letatur arator
Fertilibus, gaudet nauta favente mari;
Mercator summis opibus, trux miles in armis
Cerni, venator sub latitare Jove.

Sed

*Sed quæ delitia, quænam Tua summa voluptas
Usq; fuit? Studiis invigilare bonis.
Sudor amarus erat, sed fructus dulcis eorum:
Arte viges clarâ, clarus honore viges.
Macte novâ virtute, libet si pergere, nunquam
Deficiet clarum nomen, honorg; Tibi.*

Melchior Rœhrius.

Gloga Silesius.

MAGISTER PAULUS ILSCHNERUS
MISNICUS.

Per Anagram.

1. HUC SIS. SCISNE? IN SUM. EMIGRA PLUS
ULTRA.
2. INUNC MISSUS, EX HIS EMIGRA PLUS
ULTRA.
3. INUNC, HEM MISSUS ES; IGITUR PLUS
CLARES.
4. HEM NUNC MISSUS IS; PLUS IGITUR
CLAREAS.

(C. & S.
faciunt X)
(A. in E.
mutatur.)

NON esse PLUS ULTRA, docet Hercules,
Huc quam MIGRANDUM, scilicet erigens
Duas columnas. PAULE quid tu?
Mens melior tibi. Laudo mentem.

Tenamque *Pallas* alloquitur *Dea*
His: EMIGRA, SIS HUC, locus est tibi
Paratus; ULTRA PLUS MIGRATO;
Tu properans properato. SCISNE?

IN SUM: Vocaris. *Pierre Dea*
Idem jubent & MITTERE te volunt.

B

Obtem-

Obtempera, NUNC MISSUS EX HIS
I regionibus auspicatò
Vocatus; EMIGRA, quia vix erit
Id frustra, PLUS ULTRA modo pergito;
Nullamq; litem pertimesce;
Verum oculos potius reflecte
Ad aureum vellus. Quid enim sacra
Pallas refert? Hoc: HEM tibi LAUREAM
ILSCHNERE trado, I, MISSUS ES NUNC;
PLUS IGITUR mihi, dico, CLARES;
EX HISCE PLUS ULTRA *Sophia locis*
HEM MISSUS IS. NUNC PLUS IGITUR quoq;
TU CLAREAS; ILSCHNERE clari
Nomen habebis, ait, triumphi.

Gratulabundus f.

Martinus Michelmannus Sangerbusâ-Thuringus.

Andromedam ad duras religat am brachia cautos
Servabat magni belua vasta maris.
Vt videt hanc Perseus, victâ Pborcynide clarus,
Lafus ait telis, parve Cupido, tuis:
O virgo certè non istis digna catenis,
Sed duo queis castus pectora vincit amor.
Omnibus his nondum memoratis, insonat unda,
Et venit immenso belua vasta mari.
Non, Perseus inquit, tua me deterreat ira.
Sis quamvis multis tute timenda modis.
Protinus alloquitur Iove natus Cepheapatrem,
Et te hujus causam, Cassiopea, mali.

176

Ut mea sit, virtute meâ servata, paciscor.
Lex rata: mox armis res peragenda venit.
Latus abit, monstrumq; petit, mortemque minatur,
Et victor spoliis auctus ab hoste redit.
Incedit virgo merces, & causa laboris:
Fit plausus: superis gratia magna datur.
Contigit hoc, Illechnere, tibi; nam cuius amore
Saucius, amplexus jam petit illa tuos.
Mons est altijugus viridi sub tegmine Ruta,
In cuius fixit fronte puella domum.
Nomen habet Sophie, septem religata catenis,
Circum, infraque simul plurima monstra cubant.
Non satis adspexisse semel, juvat usq; morari,
Et causas tante discere quasque rei.
Hanc bene perspectam semper laudare solebas,
De Sophie sermo laudibus omnis erat.
Sic sedit, dixti: sic est astricta coturnos:
Cervici injecta sic jacuere coma.
Hos habuit vultus: hac divo protulit ore:
Hic color: hac facies: hic decor oris erat.
Tu mea sis, mea dicaris, mea sola voluptas,
At me, Sophie, nulla pericla trahant.
Hic amor in tempus credit, viresq; resumit,
Ut fomes vires sumit ab igne novas.
Ne dubita; dabitur, juvenis formose, quod optas,
Perge laborando vox tibi facta fuit.
Nec mora: fit bellum monstris, quae plurima agebant
Juxta perpetuas in statione vices.
Illâ parte voluptates, hâc parte labores,
Debellanda aliâ, qua reticenda, tibi.
Omnia vincuntur studio fallente laborem
Et victor vincens tempora a fronte redit.

ANRENS

*Aureus orbis obit digitos, & mitra capillos,
Pone subit lateri culta Themista tuo.
Surgit honor, surgit plausus, nova gaudia abundè
Pertentant mentem, victor amice, tuam.
Felices nimium, qui sic didicere labores,
Temnere. Nam virtus parta labore venit.*

*Michael Wendelerus
Alumnus Electoralis,*

FINIS.



Stadtbibliothek Chemnitz



A 145109 5



SLUB

Wir führen Wissen.



STADT
BIBLIOTHEK
CHEMNITZ

